



**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti
sunt:||**

Isella, Francesco

Coloniae Agrippinae, 1588

VD16 I 344

Instrvctio Ad Consolandos Eos, Qvi Ad Mortem condemnati sunt.
Proemivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

unc in
ui exi-
mune
. scili-
iuncu-
d pro-
a vos,
ia &
us , eo
l offe-
uolui-
animi
ū con-
ictum
secus,
inam
erfe-
vici-
t vo-
, cre-
m &
ad ve-
n hāc
ec nō
e Ma-
aria-
ce-

INSTR VCTIO AD CONSOLANDOS EOS, QVI AD MORTEM *condemnati sunt.*

PROEMIVM.

ANTO apud Redempto Luc. 61
rem nostrū in pretio sunt
opera misericordiæ , vt
nos ad misericordiam fre-
quenter exhortetur , tan-
quam Pater cœlestis, qui teste Prophe-
ta Regio, multum misericors est , &
miserationes eius super omnia opera
eius. Utq; nos prēmio inuitaret, dixit: Matth. 5.
Beatos esse misericordes ; nec non &
quod in iudicio illo vniuersali tantū Matth. 25.
horum operum fiet mentio : videtur-
que ob hæc sola opera Deus electis
suis præmium regni cœlestis assigna-
turus. Quod si Deo tam chara atque Opera mis-
ricordiæ spi-
ritualia quæ
sint Deo
grata.
grata sint opera, quæ pertinent ad cu-
ram corporis; quanto putas illi gratio-
ra, quantoq; maiorem habebit curam
eorum, quæ spectant ad spiritum, tan-
to illi chariorem , quanto ad cum re-
dimendum plura in proprio corpore
excepit flagella.

Grata igitur Domino nostro sunt
opera

2 INSTRVCTIO AD

Connersio
animarum
quām grata
Deo,

opera misericordie corporalia, gratiora spiritualia, gratissima verò quæ circa conuertendas animas versantur. Ostendit enim diuina illius Maiestas, se ita hoc opere delectari, ut ad hominem saluandum & conuertendum, quasi sui ipsius, suæque magnitudinis oblitus, formam serui assumpserit, tanta passus sit, mortemq; ignominiosissimam obire non erubuerit : idq; vt hominem reduceret, qui quasi ouis perditæ, per auia quæq; errabat. Huic operi quoq; obeundo adiunxit auxilium atq; ministerium Angelorū, qui semper aduigilant, ut hominem audent à malo ; inuitentque ad bonum ; ut æternæ salutis hæreditatem consequatur, festos dies in cœlo ob conuersionem peccatoris concelebrâtes. Eadem quoque operi Apostolos, aliosq; Sanctos præfecit, qui ut imitarentur cœlestem suum præceptorem, eiique obedirent, labores maximos lubenti animo subiêre, tormentaque varia, & mortem ipsam perpessi sunt: tantum ut peccatores conuerterent.

Sed quis vñquam pro rei dignitate satis eloqui poterit, quām benedictū hoc opus gratū est Domino, cùm yideamus

IVVANDOS MORIENTES. 3

deamus & Angelos, & Apostolos, &
Sanctos omnes, imo Deum ipsum (vt
ita loquar) huic operi se totum im-
pendisse? Supereft itaque, vt quilibet
Christianus totis viribus contendat
magno animo, vt Christū suum imi-
tetur, opusq; illius Maieftati tam gra-
tum vltro amplectatur. Maiori tamē
cum fervore operam huic studio da-
re meritò debent Fratres Societatis S.
Mariæ, de Sole; quorum finis & sco-
pus cùm sit animas eorū, qui ad mor-
tem, extremūmve supplicium damna-
ti sunt conuertere, singulari quodam
titulo deuincti sunt, vt fese in hoc a-
etu sanctissimo exerceant. Quoties
enim vel cogitant solum se militare
sub nomine Mariæ, matris veri Solis
iustitiae, matrisque misericordiae, huc
omnes vires suas debent intendere, vt
toti sint misericordes, eosque plus
quam beatos arbitrari debent, qui de
horum esse numero merentur.

Ab altera verò parte sic secum sta-
tuere debent, quanto est opus magis
arduum, tanto maiorem requiri dili-
gentiam in illa bene obeunda. et si a-
liter faciant, fese incurrere commina-
tionem Ieremiæ, dicentis; *Maledictum Hierem. 38.*

Qui alios ad
monet ad
pietatem, ip-
si ut p̄ij sine
oportet.

Gregor. in
Bath.

4 INSTR VCTIO AD
eum qui facit opus Dei negligenter. Opor-
tet quoque ut cum diligentia coniun-
cta sit vitæ puritas, cùm in simili ope-
re perfectio requiratur , non tantùm
Angelica, sed diuina. Et Sancti tanto
plus in hoc opere profecerunt , quan-
to vitæ bonitati & perfectioni fuere
viciniores. Difficulter enim potest ho-
mo alienis mētibus imprimere, quod
non inuenitur in propria . Præterea,
ut B. Gregorius ait , facile spernuntur
i ius monita, quæ nō respondent vi-
tæ integritati.

Vt igitur Fratres huius Societatis
ad hanc perfectionem, quām fieri po-
test, proximè contendant, digncq; in
hoc opere sancto exerceantur , dicam
primò , quid ad eorum vitam perti-
net ; deinde quasdam tradam adm: o-
nitiones in huius operis praxi non mi-
nus necessarias, quām vtile; ; vltimò
subiungam certa quædam media , ad
conuertendos, consolandosque mise-
ros illos, & afflictos: sic tamen , vt re-
mittamus ynumquemq; ad spiritum
& sapientiam propriam, vbi fortè
alii inueniet aptiora , me-
lioraque.

Q VID